

## Werk

**Titel:** Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis  
**Autor:** Merian, Maria Sibylla  
**Verlag:** Oosterwyk  
**Ort:** Amstelædami  
**Jahr:** 1717  
**Kollektion:** Zoologica  
**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
**Werk Id:** PPN476830389  
**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>  
**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>

**LOG Id:** LOG\_0085  
**LOG Titel:** XXVIII. Absinthum vulgare  
**LOG Typ:** chapter

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

XXVIII. *Absynthium vulgare.*

**Q**uantumvis etiam acerba ac amara herba qualiscunque fucrit, certo tamen animalium generi semper in pabulum cedit, quod in hoc stipite nobis est experientiae; hæcce stipiti infidens eruca albicante linea maculisque fuscis per dorsum signata, per latera è gilvo viridi, cum lineis fuscis, colore distincta, inferius albicante, quolibet in membro notata puncto, ab ante sex ungviculis in medio octo, & à retro duobus adhuc pediculis instructa, caput huc illuc, contrectata, celeriter agitat: mense Majo nigram in aureliam immutatur, elapo trium hebdomadarum spatio producitur inde phalænula, cuius caput, alæque superiores subrufæ nigris, fuscisque lineis, punctisque condecoratae sunt, in medio quoque superiorum alarum albicans argenti more splendida macula conspicitur, inferiores alæ cum corpore fuscae sunt, cornula nigra duo gestat, oculos duos habet coruscantes, vespere volitat.

Inferius erucula subviridis, longiuscula cernitur, curiosè incedens, partem corporis posticam anticæ jungit, monstrosum formans gibbum, ac ita suum iter prosequitur, per vices aliquamdiu suis erecta stat pedibus posterioribus.

In fine Julii viridem in aureliam immutatur, elapo quatuordecim dierum spatio producitur inde phalænula, cuius caput, corpus, alæque superiores albis, nigris, fuscisque lineolis ac punctis signatae, inferiores autem è lucido fuscae sunt: duo quoquè gestat è lucido fusca cornula, quatuor nigris punctis variatos ungviculos habens, in volando est celerrima.

XXIX. *Gallium luteum.*

**H**Æcce herba formosæ, viridis erucæ pabulum est, cuius à parte corporis superiore rotunda multa, coloris albi, exaltata punctula, in utroque latere alba linea conspicitur, à tergo cornu semi-albo semique-cærulæ, munita, sex ab ante ungviculis, in medio octo, & à retro duobus abhuc rosei coloris pediculis instructa est; in medium usque Julium eam enutrivi, ubi pelle suâ exuebatur, roseum induens colorem in